

Inscriptiones falsae vel suspectae

Objekttyp: **Chapter**

Zeitschrift: **Mitteilungen der Antiquarischen Gesellschaft in Zürich**

Band (Jahr): **10 (1854)**

PDF erstellt am: **27.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

INSCRIPTIONES FALSAE VEL SUSPECTAE.

νόφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Epicharmus.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DESCRIPTIONS FALSE AND SUSPECT

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Bottom section of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

I. RAETIA.

1 in columnis Iulii montis.

ab uno latere:

ab altero:

huc usque non ultra | omitto Rhaetos indomitos

Scheuchzer p. 115 'sunt qui scriptum fuisse volunt'; inde Orell. 474 = 282. — Columnas illas ut lapides miliarios Germaniarum et Galliarum complures non scriptas esse neque unquam fuisse testantur homines diligentes, v. Neuer Sammler für Bünden III, 231. VII, 315.

2 Curiae in Rhaetia rep. 1530.

diuae helenae | nobilissimae. ac. uenerabili |
matri. d. n. fl. ual | constantini pii felicis |
uictoris semper | augusti | m. au dius priscus |
proc. hered. in. dalmatia | d. n. m. q. eius

Ex Gallettii dissertatione (adi. ad biographiam Gallettii auctore Paulio) p. XXXVII Marini inscr. chr. ap. Mai. script. vet. nova coll. V, p. 239. — Falsa est sicut altera eidem Helenae dicata a P. Ianuario Primo v. c. corr. Apuliae corr. Campaniae cos. ibidem et fere reliquae Gallettianae, de quibus dixi I. N. p. 9 et ad n. 468*. Apud nos nemo novit.

3 tr. près du château d'Yberg, communauté de Wattwyl (St. Gallen). Deux côtés de la pierre, celui du dessus et le côté gauche, paroissent entiers: mais la partie inférieure et celle qui est à droite sont rompues. La pierre brisée a encore de hauteur près de 3 pieds et dans sa plus grande largeur, qui est à la seconde ligne, elle a 3 1/2 pieds *N. Bibl.*

MINERVÆ · AVC . . .

OL·CALLIDIUS · PFTR . . . *sic*

PALMARO C·V·IV . . .

QVADRAT · AMIC

ET·C·SECVND

PRO · INCOLVM

INº SODALI

.

.

Nouv. Bibl. ou hist. litt. des principaux écrits qui se publient. A la Haye Juill. 1740 VI, 429 (inde Hagenbuch cod. 286 p. 179; item — nempe 'de la copie qui en fut répandue' — Bochat II, 424; Orell. 471 = 279).

Quamquam titulus corrupti potius quam conficti speciem prae se fert, tamen inter suspectos ideo reieci, quod in his partibus, ubi nulli lapides scripti aetatis Romanae reperiri solent, si qui quando affertur, certiore auctore indiget quam homine extero et plane ignoto, cum praesertim illius tractus hominum nemo ne fando quidem de eo audiverit. Quare recte iam miratus est Ibergense hoc prodigium H-deph. ab Arx (Zus. zur Gesch. von St. Gallen 1830 p. 6). Accedit admodum suspecta similitudo lapidis Placentini, quem citavit Hagenbuchius, Grut. 1067, 1: MINERVAE AVG || L · CALLIDIUS · PRIMVS et rel.

II. VALLIS POENINA.

4 'Si on suit le glacier sous le roc d'Abricole, on y trouve des cristaux; de là, en traversant le glacier, on parcourt les *Manchettes*, séjour des neiges éternelles, . . . c'est là parmi les ruines du glacier, que j'ai découvert, le 18 août 1790, une inscription romaine sur une portion de roc détaché de la voûte (?) et que je crois pouvoir rétablir en partie':

.us | | quinti. catulli*) |
. . . . | re dit rupit

*) D'autres croient que c'est Antullus, rapporté dans la 9^e inscr. des essais de l'hist. du St. Bernard [i. e. de Loges p. 46, apud nos n. 35: C. Iulius Antullus praefectus cohortis cet.].

Postquam de Cimbris quaedam narravit atque ad 'Quintum Catullum Romanorum proconsulem' hunc titulum pertinere sibi videri significavit, sic pergit auctor: 'Par la vallée de l'Arola en Herens, on passe pour aller dans la Valpeline. Ce chemin n'était pas très fréquenté autrefois. Les habitants d'Ivolena (Gaulois) ont peut-être indiqué la mauvaise route à cet vs, qui était pressé de s'en retourner en Italie par un défilé. Donc cet vs gardait le passage de Zermat et d'Ivolena en même temps vers la Dent Ronde. En examinant aujourd'hui les glaciers cela ne paraît plus possible'. Haec mea causa excerpit Troyon ex libello 'Voyage à Ivolena' (Journal de Lausanne 1791 n. 8 p. 31; inde male Orell. 5062 ed. 1, in ed. 2 deest). Quae quam ridicula conficta sint, neminem fugere arbitror eorum, quibus non plane inauditum accidat nomen Q. Lutatii Catuli consulis a. u. c. 652.

5. 6 Narrat Rolandus Viot in vita S. Bernardi (Lyon 1627) p. 132 sq. sic: 'Il s'esleva un bruit, ou plustot alarme par la la Cité d'Aouste, du degast, et rauage que faisoit le Diable à Mont-joux, et Colomne-joux ayant fraîchement rauy et emporté l'onziesme — des pelerins François, qui passoient pour Rome, les autres tous effrayés et appaouris s'estans refugiez dans la ville. Auquel, le Saint — voulut voir les Pelerins, et estre assavanté de la source de tels malheurs. Il apprint donc en premier chef, que les Romains ayant conquis la Vallée d'Aouste, par la valeur de Terentius Varro, sous l'Empire d'Auguste, dresserent à la cime des Alpes Pennines, iustement sur le passage ordinaire, de la dite vallée au pays de Valeys, l'ancienne statuë de Jupiter, que les Valleysans auoient abbatuë, pour y eriger celle de leur Dieu Pennin; Et que de plus, certain Polycarpe homme riche et puissant, auoit posé aux Alpes Graiës, sur le chemin qui tend en Tarentaise, une colonne de Porphyre fort artiste, et mis sur le chapiteau d'icelle une escarboucle sans prix, qu'on appella l'oeil de Jupiter, pource qu'on croyoit que de là il voyoit plus tost et de plus loin les malades qui se reclamoient à luy. D'où il arriva par le cours du temps, que les Diaboles sans autre forme de saisine, s'emparerent, et de la statuë, et de l'escarboucle'. Maligni inimici quomodo vexarint homines iter ibi facientes postquam satis multis verbis exposuit narrator, pergit docere, qua ratione sanctus Bernardus diabolum in statua intus morantem obsidione cinxerit et cruce percussum plaudentibus cunctis everterit, denique seposuerit 'dans les fondrières inhabitables du Mont-maillet' condicione imposita, ne inde exeat stante mundo; videturque omnino nactum esse Iovem diabolum dicto satis audientem. Idem postea Carbunculum passum esse in alterius montis columna degentem vix opus est monere. — Neque tantae rei documentis auctor destituitur; imo 'produisons, inquit, les pieces, et antiques mesmes, pour armer la verité de toutes ses iustifications'. Fortunatus homo novo puto miraculo, quo prius in contrarium versum est, reperit ea ipsa quae sanctus beati hominis furor evertit fregit corruptit, neque Iovem illum et Carbunculum solos, quos in pulverem redactos et a Bernhardo ventis datos esse nobis narrarat, proposuit pictos, sed Pennini quoque statuam ab ipso Varrone eversam denuo reperit et depingendam curavit. Inscriptiones denique affert has:

5 'table de marbre qui estoit au pied de la Statue de Jupiter, treuuee aupres de la maison du grand St. Bernard' Viot p. 163.

6 'l'autel du Dieu Pennin'. Viot p. 167.

ara accensa

iovi. o. m. | genio loci | fortunæ | reduci d: | lucius lucilius | deo penino | optimo | maximo
terentius | uarro | dedicauit | donum dedit

Haec Viotus. A Vioto pendent reliqui, nempe in priore Guichenon I, 46; Gud. ms. 461, 1, ed. 3, 1 a Graevio h. e. ex Guich.; Spon misc. p. 86; Mur. 13, 6 a Caissoto, 2099, 1 ex Bagnolo; Murith n. 51; in posteriore Guichenon I, 45; Gud. ms. 460, 1, ed. 54, 6 (cf. praef. p. 9) a Graevio; Spon misc. p. 85; Mur. 8, 6 a Caissotto; Murith n. 50; Orelli 247 = 43. — Damnavit hanc Maffei oss. lett. V, 209 neque ego unquam ne momentum quidem temporis dubitavi, quominus utramque inter falsas referrem; iam auctore cognito, qui latebat, sanae mentis neminem expectare puto ut rationes exponantur. Occasionem autem fraudibus dedisse videntur cum columna XX fere pedes alta marmoris q. d. Cipollini quae adhuc stat in Alpe Graia (Wickham and Cramer passage of Hannibal p. 97. 99) tum tabula quaedam votiva cum Iovis Poenini nomine reperta in Alpe Poenina.

III. GENAVA.

7 Genevae Lips. ad S. Petri eruta a. 1583 cum reficerentur gradus Grut.

d. m. s. | c. iulius caesar longinus | D. cil | c. iull leibertus | perruptis montibus huc tandem |
ueni ut hic locus meos contegeret cineres | apollo tuam fidem | vixit anos xli mess. iiii | dies
xiii | hor. nu. . . . | t. fuluius d. d. l | commilito commiliton. . . | uale longine aiternu. . . | s. t. t. l.

Paulus Gulielmus apud Lips. p. 44; a P. Gulielmo et Boissardo Grut. 544, 6; ex his Civ. Genev. p. 329; Hentzner p. 61; Guichenon I, 37; Spon n. 8; Orell. 300 = 104 qui damnavit.

11 nul Grut.

8 Genevae ad portam Burgundicam *Lips. Grut.*

d m | papiriae polcrae | quae uixit an. $\overline{\text{u}}\overline{\text{i}}\overline{\text{i}}\overline{\text{i}}\overline{\text{i}}$ |
mess. $\overline{\text{ii}}$ dies $\overline{\text{xii}}$ | magna frequentia | leg. $\overline{\text{xiii}}$ |
el. est | l. papirius c. f. probus | trib. mil |
aelia aeliana | par moer | fil mer | p. c.

Paulus Gulielmus apud Lips. p. 43; a P. Gulielmo et Boissardo Grut. 556, 1; ex his Hentzner p. 61; Guichenon I, 37; Spon n. 40; Orell. 301 = 105 qui damnavit.

9 Genevae iuxta officinam monetalem retro horologium
ad portam S. Gervasii *Grut.*

c. ualerio t. f. an | tr. mil. leg. $\overline{\text{ii}}$ | patrono
optumo | geneuens. prouincia | b. m. p | uixit
ann. $\overline{\text{ix}}$ m. $\overline{\text{ii}}$ | dies $\overline{\text{xviii}}$

Paulus Gulielmus apud Lips. p. 47; Grut. 477, 4 a P. Gulielmio, Boissardo, Guldasto; Civ. Genev. p. 328 ex Grut.; Hentzner p. 61; Guichenon I, 37 ex Grut. et Lipsio; Spon n. 14, cf. Abauzit in ed. 1730 p. 388. Orell. 255 = 58. Orellius qui factum sit ut huius tituli manifesto spurii patrocinium susciperet vix intellego. ProvoCAT ad Hentznerum qui exscripserit; at neque hic ait descripsisse se neque aliunde putandus est eum sumpsisse quam unde habuit reliquos Gulielmanos quos refert tantum non omnes, adeo ut in sinceris etiam textum a Gul. interpolatum repraesentet (v. n. 91). Omnino et auctor citatur idem ille conclamatus falsarius neque magis defendi potest *Genevensis provincia* vel si mavis *Genevenses provinciales* quam reliqua Gulielmana inaudita et perversa. Omnino cum libri tum lapides sinceri, denique denarii et diplomata aetatis Burgundicae et Merovingiorum (v. Soret. mém. de la soc. d'hist. de Genève I, 245. Meyer Bractaten der Schweiz p. VII) Genevam nullam, sed solam Genavam norunt.

10 Genevae.

d m s | ueturiae c. f. bellae | heu positae gnatae
tristes posuere parentes | c. ueturius q.
f. c. n. ouf | iuliana o f. scapt | libb. mer

Paulus Gulielmus apud Lips. p. 45, ex hoc Grut. 714, 4; Hentzner p. 61; Guichenon I, 37 ex Lipsio et Grutero; Spon n. 39; Mur. 1228, 6 a Bimardo; Orell. 302 = 106 qui damnavit.

11 Genevae *Lips. Grut.* 'autrefois dans les murailles vers
la Corratérie' *Spon.*

uixi ut uiuis | morieris ut sum mortuus | sic
uita truditur | uale uiator | et abi in rem tuam

Paulus Gulielmus [qui certe ad praec. auctor citatur] apud Lips. p. 45; a P. Guliel. et Boissardo Grut. 898, 1; ex Grutero civ. Gen. p. 370; Hentzner p. 61; Guichenon I, 38; Spon. n. 29; Orell. 299 = 103 qui damnavit. — v. 3 sumptum esse ex Petron. c. 82 notavit Orellius.

12. 13 Cologny prope Genevam, quem vicum nescio qui
inepte callidi habent pro colonia C. Caesaris.

12 prae(sint) d(ii) aed(ibus) | aug(usti) i(ulii) cae-
s(aris)

13 d(eo) m(arti) | sal(uum) fac imp(eratorem) | hic
sed(entem)

Haec satis male lusit nescio qui in Mercure Suisse Iul. 1745 p. 29, auctores laudans qui nunquam extiterunt (ut la Motte Geneva sepulta relecta II, 92 ed. Holland.); quae tamen ne antiquarii quidem eiusdem loci probaverunt, sed statim explosa sunt; v. Mercure Suisse Aug. 1745 p. 158; Haller Bibl. der S. G. IV p. 133 n. 308. — Orell. 304. 305 = 108. 109.

IV. NOVIODVNVM.

14 Versoix.

q. fabio maxum . . | allobrog. uictori | r. c.

Grut. 406, 6 a Frehero; inde Orell. 303 = 107 qui damnavit hoc consulis u. c. 633 fictum elogium.

15 Aventici *Gul.* Extare negat *Wild.* Qui nuntius quos rumores flebiles magis an ridiculos nescio excitarit, accipe ex diariis Salodurensibus a. 1810 p. 214, ubi haec leguntur sub titulo 'Trauerbotschaft': 'Lange prangte die Inschrift im Schlosse von Avenche als eine der köstlichsten Reliquien des alten Helvetiens. — Mit einem Male erscholl durch alle Gauen des Schweizerlandes der Weh-ausruf Johannes von Müller (I, 57): «Die Inschrift ist verschwunden! Niemand weiss wo sie hingekommen.» — Traurig vernahm's die ganze Eidgenossenschaft; sie tröstete kaum die Hoffnung, es habe irgend ein edler Schweizer sie bekommen, der dem kindlichen Geschöpfe in seinem Garten ein neues Grabmal habe wollen errichten lassen. — Leider ist auch diese Hoffnung dahin. Vor vier Jahren schrieb Marc. Anton Pellis in seinen *éléments de l'histoire de l'ancienne Helvétie* die herzdurchdringenden Worte: **MAN HAT SIE NACH ENGLAND VERKAUFT**'. — Cui nuntio qui sapit fidem nullam habebit; dudum enim hoc percrebuit ut in antiquorum oppidorum ruinis qui degunt exagitati ab anxiis antiquitatis perquisitoribus molestos homines amarent in Angliam tanquam in aliquam rerum antiquarum voraginem; quae cum multa devorarit, quid non absorbuerit non facile demonstratum iri habent persuasum.

iulia. alpinula. hic. iaceo | infelicis. patris. infelix. proles | deae auent. sacerd | exorare. patris. necem. non. potui | male. mori. in. fatis. illi. erat | uixi. annos. xxiii

16. 17 fragmenta Aventici.

16 uespasian

17 uespas

Tschudy cod. 105 f. 94, ed. p. 158, a quo pendent reliqui: Simler cod. 102 f. 30; Plantin. 1656 p. 261; Orell. 392 = 203. 204.

Frustra haec cum desint apud Stumpfium et in ipsa prima sylloge Tschudiana neque quidquam Aventicensium reperitur praeterea apud Tschudium nisi ex Stumpfio desumptum, propter Flaviam coloniam conficta ea esse censeo.

Lips. p. 53 a Paulo Gulielmio indeque Grut. 319, 10. Orell. 400 = 213.

Confictam esse ex Tac. hist. I, 68 ('in Iulium Alpinum Caecina animadvertit') adsumptis titulis deae Aventiae n. 154. 155 et Alpiniae Alpinulae n. 241 intellexerunt Hagenbuch cod. 283 p. 217 et Orellius, neque quemquam hodie ignorare puto praeter Zellium qui in delectum n. 576 recepit. Omnino etsi argumenta alia deessent, quae adsunt plurima et maxima, suspectum redderet titulum ipse ille plausus, quo eum exceperunt tenerae mulierculae virorumque genus Mercuriale; cuius indolis nescio quem Helvetium lamentantem cum iam audierimus, adscribere non gravabor Anglici poetae eximii carmina non iniucunda (Childe Harold III, 66) condita puto inter ipsas ruinas Aventicensis:

*And there — oh! sweet and sacred be the name! —
Julia — the daughter, the devoted — gave
Her youth to heaven, her heart, beneath a claim
Nearest to Heaven's, broke o'er her father's grave.
Justice is sworn 'gainst tears, and hers would crave
The life she lived in; but the judge was just,
And then she died on him she could not save.
Their tomb was simple, and without a bust,
And held within their urn one mind, one heart, one dust.*

At bene poeta ait: *Justice is sworn 'gainst tears*; neque nos commovebimur frigidi homines et lapidarii sententiarum illarum nescio quibus illecebris, quales hodie in coemeteriis satis multae leguntur, pueris maxime et puellis scriptae et longe illae quidem remotae a severa verae antiquitatis pulchritudine puroque Romani elogii splendore.

18 bronze tr. à Avenche dans une vigne en 1747 *Merc.*

fertili. baccho. oreo | cn. corn. cotta | d. d

P. P. . . . de L[ausann]e *Merc.* Suisse Oct. 1745 p. 378, a quo pendent reliqui: Bochat III, 623; Donat 24, 7 (misit S. Schmid); Orell. 386 = 197, qui recte damnavit.

Editor, qui damnat indignabundus antiquioris furis nugas Colognenses (fals. 12. 13), ex hoc titulo demonstratum ivit C. Cottam a Sulla expulsum, quem aliunde (?) constaret venisse Aventicum, vites has sevisse circa a. u. c. 684. 'J'ai d'abord été surpris, addit idem, de trouver le mot OREO dans l'inscription. Mais après qu'on m'eut appris que la vigne, dans laquelle on avait trouvé ce monument, était située sur une hauteur, je vis qu'il convenait parfaitement'. (!)

19 simul rep. cum praecedenti.

u. et. de | b | m. l. ed

Merc. Suisse Oct. 1745 p. 381, unde pendet Orell. 398 = 210. 'Il y a apparence que c'est un Edile qui l'a fait graver'.

VI. NEVFCHATEL, male NOIDENOLEX.

20–25 Nugarum Noidenolicensium longa series ipsumque Noidenolicis horribile nomen originem traxerunt ex notitia provinciarum Galliae saeculi quarti. Ibi in provincia Maxima Sequanorum, ubi nunc sic editur:

civitas Equestrium Noiodunum
civitas Elvitorum Aventicus

complures neque infimae aetatis codices post *Aventicus* male repetunt *civitas Nividunum*, ut Guerardi (essai sur le syst. des div. terr. de la Gaule. Paris 1832 p. 12 sq.) codex *G* noni, codices *FH* decimi saeculi; quod comma tamen cum non agnoscant optimi quique et antiquissimi libri, ut Bernenses duo (Sinner cat. I, 535. 539) octavi alter, alter noni saeculi et Guerardi *BEX* noni, *ALW* decimi saeculi et codex Schelestratii (ant. eccl. II, 644), omnino expungendum esse patet. Nihilominus antiquiores libri editores cum retinuerunt tum nescio qua ratione inde novam hanc et adhuc inauditam civitatem effecerunt. II enim et primus quidem quantum vidi Aldus in ed. ad calcem Melae a. 1518 sic posuerunt:

civ. Equestrium. id est Neuiduno
civ. Eluntiorum. id est Aventicum
civ. Noidenolex Aventicus.

Cuius lectionis origo etsi adhuc latet, tamen et interpolationis notam cum prae se ferat et constet nihil simile reperiri in codicibus a Sirmondo Schelestrato Sinnero Guerardo collatis plurimis et optimis, qui quidem sanae mentis sit neque rei criticae usu plane destitutus, Noidenolicem hanc nunquam extitisse statim intellet, ortum autem nomen ex mero sive librarii cuiusdam sive editoris errore*) dudum exploso adhuc a sexcentis auctoribus pro vero et antiquo nomine Neuenburgi oppidi haberi satis mirabitur. Neuenburgi nomen antiquum primus, quantum vidi, in hoc monstro deprehendisse sibi visus est Guillimannus, qui in Helvetia (1598) p. 30 cum citasset ex not. prov.: '*Noidenolex Aventicus*', opinione eorum qui de Novioduno haec accipiebant reiecta 'ego, inquit, nihil horum arbitror et Neocoom sive Neoburgum comitatus cognominis constanter adfirmo'. Vanam hanc opinionem ne post codices notitiae accuratius inspectos plane abiicerent viri docti et tanquam puerum insignis deformitatis Noidenolicem vel Noidenolicem illam cito necarent, non tam fecit barbarus et plane ut aiunt Celticus vocabuli sonus, quamquam hic quoque multos ut plauderent movit, quam studium in Noidenolicensibus antiquitatibus augendis a falsariis collocatum. Qui simulaverunt primum Aventici lapidem (n. 20) repertum esse lacerum quidem, sed qui moenia Aventicensia lapide Noidenolicensi facta esse testaretur; mox tribus lapidibus ex muris illis extractis lapidas Neuenburgenses ad unum omnes consensisse huiusmodi lapidem in solis Neuenburgensibus montibus reperiri. Denique extitisse ad ipsam Noidenolicem inscriptiones aliquot hoc nomine insignes. — Somnia haec esse nemo non vidit videruntque dudum accurati patriarum antiquitatum investigatores F. Dubois et Sandoz-Rollin; neque puto futuros, qui sequentes lapides defendant. Unum addam de auctore. Is est cancellarius de Montmollin († a. 1703), qui quamquam non omnia se ipsum vult vidisse, sed quaedam refert accepta cancellario de Hory qui scripserit ante annos LXX, tamen in hac ipsa narratione non magis fide dignus est quam in reliquis videturque tantummodo vulgari falsariorum artificio usus antiquum aliquem hominem auctorem sibi associavisse. Innotuerunt autem Montmolliniana per Sinnerum maxime voy. I, 167, item per Hallerum I, 289, qui uterque adhibuit schedas eius; quibus nuper editis factum est, ut excerptis illis carere possimus. Ceterum in aliis etiam rebus, quae ad medii aevi historiam pertinent, Montmollini fraudes iam deprehensas esse et conclamatas narravit quaerenti mihi senex venerabilis Sandoz-Rollin.

*) Mihi ex *Noioduno i. e.* ortum videtur *Noidenolex*.

20 'En 1647, le ministre Olivier Perrot m'ayant dit, qu'un sien ami, pasteur d'Avenches, venait de l'informer qu'un particulier creusant en un lieu proche des vieux murs d'enceinte, avait découvert une inscr. sur marbre, laquelle semblait se rapporter à notre pays, vu qu'il croyait y lire le mot Noïdenolex, nous nous y transportâmes sur le champ, et trouvâmes une grande et belle pierre plus fine et plus blanchâtre que notre marbre bâtarde ou roche du Jura, longue de 3 pieds 4 pouces, et haute de 2 pieds 6 pouces, ayant une face polie chargée d'une inscription. — — — Sachant le peu d'estime que les gens d'Avenches font de ces choses, j'eus dessein de la faire transporter par bateau à Neuchâtel, mais le baillif y porta opposition; sur quoi le bon pasteur du lieu nous dit en branlant la tête: 'Votre inscription a bien la mine d'être employée comme plusieurs autres à fonder cave ou écurie'. Certain est-il que dix ou douze ans après, en ayant pris information a réitérées fois, il ne s'en est retrouvé trace aucune'. *Montmollin*.

*imp. caes. uespas. aug. | pont. max. trib.
pot . . . cos . . . imper. ii . . p. p | lapidibus
noidenolice m^{olest}to labore | tractis auentici moe-
nia inst^{aurata}tituta — tit. uespasiani augusti filius dedicavit*

Montmollin II, 8 (ex cuius cod. ms. exscripserunt Sinner voy. I, 167 et Haller I, 310 = 157; inde Levade p. 22. Orell. 381 = 188), quem si audis, ipse descripsit accurate, deinde misit Basileam et Genevam a viris doctis supplendam inscriptionemque, quamquam in numeris tr. pot., consulatus, imperii paullum variarent supplementa, tamen in summa re ab omnibus recepit aequabiliter suppletam, optime autem a Wetstenio consule Basileensi.

21 grande pierre bordée autrefois d'un ornement, comme on voit par deux fragmens d'astragale; aujourd'hui à l'anglé du bâtiment de la Maladière, du côté du levant. Litteras bonae aetatis esse Wetstenius censuit.

*imperatorii caesari alexandro seuro augusto
pontifici maximo tribunitia potestate . . . con-
suli secundum (vel tertium) felicitatis publicae
restitutori patri patriae noïdenolex*

Montmollin II, 19 (ex cuius ms. descripserunt Sinner I, 173 et Haller I, 192 = 218; inde Orell. 358 = 165) ex schedis Hory cancellarii ante annos LXX conscriptis, sed addens titulum quamquam corruptum et consumptum tamen maxima ex parte adhuc legi plane sicut Hory legisset; cuius rei auctor rursus citatur Wetstenius. 'Un chacun peut confronter la présente restitution ou explication avec le restant du dit monument'! — Dubois adscripsit: 'citée par Walhard antiq. Novocastrenses p. 132. Mscr. de M. de Sandoz-Rollin'.

22 beau marbre blanc jaunâtre, presque intègre; tr. en 1617 au pied du monticule de roche qui est en bise du petit chemin de Clos-Brochet. 'Le chancelier Hory le fit transporter dans sa maison rue du château, et enchâsser dans le mur du vestibule, tel et ainsi qu'on le voit à l'heure d'à présent'. Wetstenius litteras priorum saeculorum esse affirmavit.

*ioui | et diis penatibus | publius marcius miles
ueteranus legionis xxi | ciuium noidenolicis cu-
rator duumuir designatus | d s d*

Montmollin II, 20 (inde Sinner I, 169 male et Haller II, 291; ex his Orell. 356 = 163), indicans solvisse se sigla v. 3. 4; ceterum titulum facile legi et si qui velit conferre, licere.

23 pierre blanchâtre dans la ruelle qui aboutit au Clos-Brochet par dessus; au jambage d'une vieille porte. 'La forme des lettres indique le bon temps, comme disent les maîtres'.

pt . . st | ag . . r | lo . . f | il . . e | heluetⁱⁱ_{ia}

Montmollin II, 21, qui adhuc extare affirmat. Ex hoc Sinner I, 170, Haller II, 292. Orell. 359 = 168.

24 plat d'argent avec les mots circulairement arrangés entre deux cordons de feuillage en relief; tr. en 1656 dans un cercueil de terre cuite découvert dans la vigne du maître-bourgeois Frédéric Rollin. 'Je payai ces choses largement', sed mox donavit Henrico II regi Franciae *Montm.*

simp(ronius) quintil(ianus) seuir aug(ustalis)

Montmollin II, 22 (inde Sinner I, 170, ex hoc Orell. 357 = 164) longa de patera inventa fabula contexta.

25 colonne milliaire brisée tr. en un verger de Fahy en 1597.

*imperatorii caesari traiani filio | hadriano au-
gusto p(atr) patriae | pontifici maximo tribu-
nitia potestate . . . consuli iv | a uia flauia m.
p x . . . i*

Montmollin II, 23 (unde quaedam dedit Sinner I, 171) ex schedis Hory, qui dicitur dixisse valde consumptam, 'toutefois pouvait-on fort bien reconnoître le sujet par le restant des caractères'.

VII. EPISCOPATVS BASILEENSIS.

26 déc. sur le plateau du Monterrible dit le Jules-César entre le puits et la ruine, enfoncée dans le sol végétal à 55 centim. de profondeur, gravé en relief.

L A B. L. I V L. C A E S.
T R I B. P O T E S T. I V.
H. P. H. C. L. X I V. P. S. C.
I N V. I O V. S T A T

legunt:
Labienus legatus Iulii Caesaris
tribunicia potestate IV
hoc posuit secunda cohors legionis XIV post senatus consultum
vel post supplicationes constitutas
invicto Iovi statori.

(de Kloeckler et Maupassant) discussion relative à une inscr. romaine présentée à la soc. jurassienne d'émulation. Porrentruy juillet 1852. 8. pp. 16. Quod si libet monstri huius originem cognoscere, lege fabulas de monte isto Caesariano apud Trouillat mon. de l'hist. de l'ancien évêché de Bâle Porrentruy 1852 p. XX.

VIII. SALODVRVM.

27 Saliburgi in Helvetiis Lips. Qui locus non magis quam ipse titulus unquam extitit; de Saloduro falsarium cogitasse probabiliter iudicaverunt auctor. cod. Ott. apud Hagenb. cod. 286 p. 102 et Haller II, 366 ex Zollerli cod.

p cornelio | deo caro | d bal | constant. imp | fid. sat | c cornelius | philoth | praef sat | ex
mandatu imp | fil. cariss | pater. mer | p

Lips. p. 30 a Paulo Gulielmio, inde non sine errore Grut. 600, 14 et rel., ut Orell. 475 = 283. — Damnaverunt Hagenbuch cod. 286 p. 101 et Orellius.

IX. VITVDVRVM.

28. 29 tegulae duae satis crassae marginibus extantibus, quibus ante quam coquerentur litterae instrumento aliquo obtuso inscriptae sunt. Rep. Oberwinterthur ibi ubi vicus nunc desinit intra veteres muros una cum urna parvula, in cuius fundo fuit littera L Hagenb. p. 289. Extant Winterthuri in bibl. civium.

28 i o m | diis manibu | cor lu sac iou | iul f p uale u


29 d m | c luci pr | m f p p o | u m s

Descripserunt Hagenbuch cod. 286 p. 283 sq. 289 sq., cui misit a. 1728 Rahn quique postea a. 1736 ipse vidit; Donat priorem 4, 5, a Sam. Schmid; Meyer in Gerlach Schweiz. Mus. I, 123; Orell. 465. 466 = 273. 274.

Indubitatae fidei quamquam dixit Orellius, tamen qui attente legerit magnopere dubitabit, qui viderit statim condemnat. Materia insolitae vilitatis, litterae barbarae, interstitia prava inter verba, figura denique et coctura plane non Romana singula sufficerent ut nigro lapillo notaremus.

X. INSTRUMENTVM.

30 amuletum materiae mixtae, rep. Vindonissae.



Breitinger, qui accepit a possessore cognato suo clinico quodam Turgoviensi, Hagenbuchio misit ep. 1721 pr. k. Mart.; inde Orell. 440 = 244. — Vide ne lusus magis quam fraus subsit huic Caborum enumerationi; certe auctor certus et doctus, quo sane opus est in tam singulari monumento, nullus nobis citatur.

31 Figura ex creta cocta, quae ex Hispaniae castello Maruas nostro museo illata dicitur, litteras monstrat Graecas corruptas; quas nolui referre, cum neque sensum ullum elicere inde potuerim et fraudem subesse admodum probabile videatur. Extat cum aliis similibus non scriptis in museo n. 1177–1180; de quibus videant quorum haec est provincia; nobis indicavisse sufficet.

32 médaille trouvée a Profaleon entre St. Leonhard et Sierre.

d'une part:

gratus | triumuir | seduni

de Rivaz ms. (inde Rion Corr. der a. G. V, 232).

de l'autre:

vii

33 caveau de thuille, nouvellement trouvé, avec une pièce d'or de Claude.

t. clud. coesar | auguste104

de Loges p. 170, ipse de tanto prodigio dubitans.

34 pierre gravée vue à Moudon.

NAΦE — — APΘPA TATTA TAN ΦPENAN

Ruchat hist. ms. I, 1, 62 notissimum versiculum errore aliquo potius quam fraude refert tamquam ex gemma exceptum.

XI. EXTERNAE.

35 protomae marmoreae M. Modii Asiatici, quae Smyrnae reperta hodie prostat Parisiis in bibliotheca, exemplum alterum servat Basileae bibliotheca publica, in qua constat extitisse iam anno 1785, neque tamen unde ei illatum sit traditur. Inscriptio sic legitur in exemplo Basileensi:

MMOΔIOCACIATIKOC | IATPOCMEΘOAIKOC | IHTHPMEΘOΔOYASIATIKEΠPOCTATAXAIPÉ | ΠOΛΛAAMEN-
^{sic} EΣΘAIIAΘΩNOPEΣI ΠOΛΛA | ΔEATTPA

Archetypum ed. Boeckh C. I. G. 3283, quem vide; antigraphum G. Vischer (über einige Gegenst. p. 3 sq.) et edidit et condemnavit.

36 tabula lapidis schisti nigricantis (Thonschiefer) fastigiata, quae reperta dicitur Romae in montis Palatini radicibus Circum versus; unde sibi emptam Horner pictor Basileensis domum retulit. Hodie extat in museo Basileensi.

Q · CAECILIVS · CN · A · Q ·
 FLAMINI · LEIBERTVS ·
 IVNONE · SEISPITEI
 MATRI · REGINAE

Examinavi ipse, postquam descripserat mihi F. Ritschl expresseratque mea causa Theoph. Burckhardt, edidique pictam cum commentario in musei Rhenani novissimi vol. X p. 450—461; quem commentarium adeant lectores. Lapidis genus aliaque externa cum iustam suspicionem excitassent, tituli argumentum autem certissima genuinae antiquitatis vestigia prae se ferret, ego loco indicato rationibus expositis inscriptionem vindicavi. Nuperrime vero rumor percubuit extare Romae archetypum adhuc ineditum, quod olim inventum, at, ut facere solet vulgus litteratorum aliorum commodis male suaeque famae peius consulens, ab eo qui reperit diu celatum paene in oblivionem abiit; quod si ita est, iam optime conciliabuntur et meae et amicorum rationes, vehementerque desideramus ut tandem aliquando nos quorum interest de titulo hoc satis memorabili recte et plene doceamur. Interim etsi certi quidquam adhuc non comperi, tamen Basileensem lapidem eo loco exhibere rectius et modestius visum est, quo referre soleo exempla novicia inscriptionum antiquarum; quamquam miro et fortasse unico casu dum archetypum latet inscriptio non cognita est nisi per nostrum hoc antigraphum solum.